


























CATALOGUS BIBLIOGRAPHICUS

LIBRORUM LATINORUM

SAECULI PRIMI TYPOGRAPHICI

IN

BIBLIOTHECA

CAES. REG. ET EQUESTRIS ACADEMIAE THERESIANAE

EXSTANTIUM

CUM

DUOBUS SUPPLEMENTIS ET INDICE TRIPLICI.

VOLUMEN SECUNDUM.



ÆDES INSTITUTIONI NOBILIS JUVENTUTIS DICATÆ, QUAS D. M. THERESIA PRIMUM CONDIDIT MDCCXLVI. IMP. CÆSAR FRANCISCUS II. AUG. RESTITUIT MDCCXCVII.

Hier. Benedicti sculp.

VINDOBONAE,

TYPIS J. V. DEGEN.

MDCCCII.

CATALOGUS BIBLIOGRAPHICUS

LIBRORUM LATINORUM

SAECULI PRIMI TYPOGRAPHICI

IN

BIBLIOTHECA

CAES. REG. ET EQUESTRIS ACADEMIAE THERESIANAE

EXSTANTIUM

CUM

DUOBUS SUPPLEMENTIS ET INDICE TRIPLICI.

VOLUMEN SECUNDUM.




ÆDES INSTITUTIONI NOBILIS JUVENTUTIS DICATÆ, QUAS D. M. THERESIA PRIMUM CONDIDIT MDCCXLVI. IMP. CÆSAR FRANCISCUS II. AUG. RESTITUIT MDCCXCVII.

Hier. Benedicti sculp.

VINDOBONAE,

TYPIS J. V. DEGEN.

MDCCCII.



ORDO VOLUMINIS SECUNDI.

Proluſio de principio primi ſaeculi typographici.

Praefatio:

Catalogus bibliographicus librorum latinorum ſaeculi primi typographici continuatorum.

Supplementum tertium ad ſectionem primam et ſecundam voluminis primi ſive originum typographicarum ab anno M.CCCCLXVI. usque ad annum M.D. continuatorum.

Supplementum quartum ad ſectionem tertiam et quartam voluminis primi ſive acceſſionum originum typographicarum vindobonenſium.

Index ſyſtematicus, bibliographicus et typographicus.



Ex cimelio Acad. Theres.

P R O L U S I O

SUPER QUAESTIONE:

Quonam anno initium primi ſaeculi typographici ab origine artis inventae ſtatuendum ſit?

Sterilis cuiusdam praefationis loco conſultius erit disquiſitionem praemiſſae huius litterariae quaeſtionis aggredi; innoteſcit enim, omnes ſere praeſertim recentiores annalium typographicorum ſcriptores annum 1536. metam recenſionum ſuarum poſuiſſe, quin tamen ne unus eorum rationem ſui ſyſtematis adſtruxerit.

Decesforibus meis nec in indagatione originis artis typographicae, nec in definiendo saeculi primi typographici principio me opinor sapientiorem; attamen absonum mihi tanquam jurisconsulto videtur, opinioni aliorum, tabulis non inspectis, subscribere, et exemplum illorum nulla ratione nixus, caeca quadam obedientia sequi; hinc omnia fere hac in re mihi nota sedulo perlegi, contuli, perpendi.

Non enim hic de incertis quibuscunque artis typographicae originibus sed de vero illius exordio agitur; neque parum ad dilucidandum hocce thema contulisse mihi viderer, si in hoc uno statuendo elaborem, utrum *Argentinae, Moguntiae*, vel *Harlemio* natales suos ars debeat typographica; sed id, quod in praesenti definiendum est potissimum, in determinatione consistit, quonam anno initium primi saeculi typographici generatim et cum maxima, qua fieri potest, similitudine veri sit statuendum.

Ex eo, quod praestantiores nostri temporis annalium typographicorum scriptores, quos inter *Maittairium, Panzerum, Denisium, Zapfium, Brauniumque* 1). refero, anno 1536. recensiones suas absolverint, nullo modo evincitur, ipsos annum 1436. principem primi typographiae saeculi et artis inventae origini assignasse. Haec meta a viris hisce in hoc eruditionis genere versatissimis posita id solum mihi probare videtur: verosimile esse, *saeculum primum* artis typographicae ab anno 1436. posse computari.

---

1) v. Notas 1, 2. 3. 4, et 5. praefationis voluminis I. mei catalogi bibliographici.

Ut itaque in brevi huius quaeſtionis elucubratione ordine quodam procedam ſyſtematico, in primis requiritur, id, in quo rei cardo vertitur, ſtatuere, quo ſcilicet anno ars typographica litteris ſolutilibus, plerisque, tota denique hac methodo uti caeperat, qua, licet ad majorem perfectionis gradum perducta, noſtris adhuc temporibus utitur.

Non enim de quibuscunque artis praeludiis, ſed de hac ipſa litteras (ſeu ligno inciſas, ſeu metallo fuſas) inter ſeſe combinandi ratione, quae in hodiernum adhuc diem viget, hic ſermo eſt. Illa enim indagare praeludia, ex quibus ars typographica primum inventa eſt, ſuperfluum prorſus ac inane videtur. Nam et Sinenſes 2) aeque ac Romani 3) litteras ligneis vel aeneis tabulis inſculpere jam ſciverunt, nihilominus tamen, quamvis xylographiae et chalcographiae peritiſſimi, litteris ſolutilibus uti ignoraverant, quarum ſolummodo inventio uſusque veram artis typographicae eſſentiam efficit. 4).

---

2) Teſtatur hoc *Gazzius ab horto* in libro III. aromatum apud Indos naſcentium cap. 38. qui liber a *Carolo Cluſio* latio donatus primum luſitano ſermone prodiit *Goae* in India 1563. in 4. ſub titulo Colloquios dos ſimples e cauſas medicinais de *India* per *Garzia* dorta. *v. Digg. Barboſa Mahado* Biblioth. Luſit. T. 2. p. 325.

3) Perfectam quaſi ideam typographicarum litteraram iam *Ciceronem* ante oculos habuiſſe quis dubitet? cum contra fortuitam atomorum concurſionem libro 2. c. 37. de natura Deorum ſcriberet: cur non idem *Epicurus* putet, ſi innumerabiles unius et viginti formae litterarum, vel aureae, vel qualeslibet, aliquo conjiciantur, poſſe ex iis in terram excuſſis, Annales *Ennii*, ut deinceps legi poſſint, effici?

4) *Leibnitius* in libro inedito *Antiplagiarius* optima cum ratione definit, typographiae iuventum conſiſtere in ſolutilibus typis, dum ſingulae litterae proprias habent formas, quae pro arbitrio componi et dividi poſſunt.

Ad inutiles quoque hujus aevi conatus referenda eft inveftigatio inventae artis typographicae ex folis litteratorum opinionibus inftituenda, cum gentes inter et urbes diu multumque fuiffet difputatum, cuinam earum palma, cuinam gloria primaevae inventionis cedat; ingens enim fcriptorum numerus in arenam hanc litterariam iam dudum defcendit, quin res ad liquidum perducta, fed potius per inepta dubia, vaga criteria, fabulofasque affertiones 5) obfcurior reddita fuerit; in eo tamen fere ad unum omnes convenerunt, hanc artis inventae gloriam Germanis effe tribuendam.

At inter ipfos Germaniae eruditos nec una eft de typographiae cunis fententia; 6) alii enim inventionem huius artis Argentinenfibus, alii Moguntinis nonnulli vero Harlemenfibus vindicare conati funt. Per duo fere faecula fub iudice lis eft, quaenam potiffimum typis imprimendi fpecies ab earum civitatum incolis et auctoribus vulgo creditis inventa fit.

Inter defenfores, qui artis huius inventionem Argentinis vindicabant,

---

5) Erant nonnulli, qui ufque eo infanirent, ut juxta opinionem *S. Cypriani Saturnum* artis typographicae auctorem atque inventorem facerent, quafi vero ille jam ante aeram chriftianam litteras imprimere, et fignare nummos primus in *Italia* inftituiffet. Sed male intellectum effe *Cypriani* locum, auctoremq. loqui tantum de antiquo ftilis parvis ferreis fcribendi in tabula more, deque infcriptionibus, quae in averfa numifmatum parte adparent, iam pridem obfervavit, *Gabriel Naudaeus* apud *Wolfium* monum. typogr. P. 1. p. 494. feq.

6) Conferatur *Bibliotheca Hiftoriae litterariae Struvio-Juglerianae*, T. 3. §. 5 et 6. — *Wolfii* Monumenta typographica. T. 1. p. 85—93.

Schoepflinus 7) inprimis systematice progressus est, documentis probationibusque omni exceptione majoribus deducens, *Guttenbergium* Moguntinum typographiam proprie talem eaque plane forma invenisse, qua, accedente quidem per decursum temporis majori perfectione hodiedum adhuc viget. Praemittamus igitur breviter historiam Guttenbergicae inventionis ab ipsis *Schoepflini* adversariis 8) iam exacte recensitam, ut probationes ad dilucidandam quaestionem nostram inde colligere valeamus.

Guttenbergius non *Argentorati*, ut multi scripsere, 9) sed *Moguntiae* natus patrem habuit *Frielium Genzfleisch* 10) qui anno 1430. vita decessit. Post eius mortem filius, ob defectum largioris patrimonii apud exteros fortunam paraturus patrios lares statim reliquit et *Argentoratum* se contulit.

Hic tamquam nobilis ex familia *Sorgenlochiorum* oriundus in civium nobilium classem 1437. receptus est, ubi postea coram judicio ecclesiastico in

---

7) In vindiciis artis typographicae. *Argentorati*. 1760. 4.

8) *Meermani* origines typographicae. Tomi 2. *Hagae Comitum*. *Parisiis* et *Londini*. 1765. 4.

9) In *criticis miscellaneis curiosis*. *Francofurti* 1647. impressis observatione do arte typographica, eiusque incerta admodum origine legitur assertum *Georgii Grugeri*: *Guttenbergium* bohemum fuisse, a *Guttenberga* scilicet civitate Bohemiae *Guttenberg* nominatum. *Balbinus* etiam huic opinioni ita firmiter insistebat, ut ex prologo historiae asiaticae *Danielis Bartoli* probare conaretur, artem typographicam a *Guttenbergio* utpote bohemo eo modo fuisse inventam, prout *Martino Bohemo*, qui primus artem navigandi ad certas regulas redegit, etiam inventio novi orbis a *Vesputio* demum peracta adscribitur. — Quanta, quaeso, litteratorum deliria!

item cum virgine nobili argentinensi, verosimiliter matrimonii causa, implicitus fuit.

Hoc ipso tempore, quo haec lis contra ipsum mota ageretur, jam artis typographicae primitias clam molitus est; sed cum propter aeris inopiam huic operi perficiendo non sufficiens esset solus, socios adhibuit, qui pecunia eum operaque iuvarent.

Hos inter socios exstitit *Andreas Drizhenius* civis Argentinensis, cuius in domo officinā typographica fuerat collocata. *Drizhenio* non multo post e vivis erepto *Guttenbergius Beildeckium* famulum suum ad *Nicolaum Drizhenium* fratrem superstitem misit, cum mandato, ut hic paginas, quatuor sub prelo adhuc jacentes aufferret, easque, ne quis artis suae arcana perspicere posset, in partes distraheret. 11)

10) Gens gensfleischia appellationem sine dubio acquisivit a quadam hujus nominis familia moguntina: quae quum esset numerosa, plures in ea distinctionis causa aliud sibi cognomen adscivere, qualia sunt: *zur Laden*, *Guttenberg* et *Sorgenloo*. Constat enim eam ineunte saeculo 14. inter patricias primum, mox et nobiles familias moguntinas locum tenuisse. *v. Gudeni* Codex Diplomat. p. 524. *Joannis* scriptores rerum mogunt. Tom. III. de patriciorum mog. fam. p. 456. *Koehler* Ehrenrettung *Guttenbergs*. p. 15. item 80. N. 12. et p. 81. N. 13.

11) *Schoepflini* Documentorum N. 2. p. 5. §. 2. — Andreas Dritzehen selig hat 1111 Stücke inn einer Pressen liegen, do hat Gutenberg gebetten, das ir die usz der Pressen nement und die von einander legent uff das man nie gewissen kune, was es sy, dann er hat nie gerne, das das jemand sihet.

Veritatem huius facti teſtantur lignarius quidam *Joannes Schultheis* et ipſius uxor coram ſenatu, quod *Andreas Drizhenius* per totos ſaepe dies noctesque operi typographico vacaverit, eidemque multum impenderit pecuniae, et propterea ex bonis ſuis non nulla oppignoraverit, ut rem perficere inceptam poſſet. 12)

Prelum quidem typographicum ſecundum effatum teſtium, *Conradus* quidam *Saſpach* tornator conſtruxit, qui prope templum in mercatorum platea habitavit; hunc tornatorem mortuo ſocio *Andrea Drizhenio* adiit *Andreas Heilmannus*, unus ſociorum, eumque vel auctore *Guttenbergio* vel proprio motu rogavit, ut domum, ubi prelum erat, peteret, atque ex ea tolleret columellas, et ſolutiles harum litteras diſſolveret, ne quis artis perſcrutaretur, cognoſceretque arcana. 13) Non tamen tornator ille, qui juſſa exe-

---

12) *Schoepflini* Doc. N. 2. §. 5. p. 6. item Hannſzs Schultheiſz hat geſeit. — Andreas Dritzehen uwer Bruder hat 1111 Stücke undenan in einer Preſſen liegen, da hat uch Hanns Gutemberg gebetten das ir die daruſz nement und uff die Preſſe legent von einander, ſo kann man nit geſehen, was das iſt, alſo gieng Claus Dritzehen und ſuchte die Stücke do vant er nutzit.

13) *Schoepflini* Doc. N. 2. §. 6. p. 6. teſtatur tornator in verbis: item Conrad Saſpach hatt geſeit das Andreas Heilmaun zu einer Zit zu jme komen ſy inn Kremergaſſe und ſprach zu ime, lieber Cunrad, als Andreas Dritzehen abgangen iſt da haſtu die Preſſen gemacht, und weiſt nun die Sache do gang dohin und *nym die Stücke uſz der Preſſen* und zerlege ſie von einander, ſo weis nyemand, was es iſt, da nu dieſer gezuge da tun wolte und alſo ſuchete, das were uff Sanckt Steffannstag nehſt vergangen do was das ding hinweg.

Schoepflini Docum. N. 2. §. 11. p. 8. Lorentz Beldeck hat geſeit, das Johann Gutenberg In zu einer Zeit geſchickt hat zu Claus Dritzehen nach Andres ſine bruders ſeligen Dode, und det Clauſen Dritzehen ſagen, das er die Preſſe, die er hinter Im hett niemen *oigete Zoigete, das*

qui ſtudebat, columellas reperit, quoniam *Nicol. Drizhenius* urgente *Guttenbergio*, eas iam a prelo removerat, quae omnia anno 1438. ad finem vergente acciderunt.

Beildeckius quoque *Guttenbergii* famulus vocatus ad teſtimonium ferendum profeſſus eſt diſſerte, ſe domini ſui iuſſu *Nicol. Drizhenio* iniunxiſſe, ne cui prelum oſtenderet, ſed cochleolas potius (die Schrauben) quae, prout notum eſt, columellas conſtringunt, ſine mora aperiret, ut in partes dilaberentur typi, adeoque res occulta maneret.

In his praeterea teſtium effatis duo imprimis notatu digna occurrunt: Primo in querela *Georgii Drizhenii* contra *Guttenbergium* mota memoratur, ſocios diverſis ad artem perficiendam rebus, atque inter eas etiam plumbo uſos fuiſſe 14) *Secundo Dunius* aurifaber 1439. apud judices faſſus eſt, ſe ante triennium res ad impreſſionem neceſſarias *Guttenbergio* ſuppeditaſſe. 15)

---

ouch dieſer Gezug det, und rette ouch me und ſprach, er ſolte ſich bekimmbern ſo vil und gon über die Preſſe und die mit den zweyen Würbelin uff dun, ſie vielent die Stücke von einander, dieſelben Stücke ſolt er dann in die Preſſe oder uff die Preſſe lege, ſo kunde darnach nieman geſehen noch ut gemerken.

14) *Schoepflini* Doc. N. 3. §. 1. p. 21. So were auch Andreas Drytzehen an viel enden do ſie bli und anders das darzu gehört, kaufft hettent, Bürge worden., das er auch vergolten und bezalt hätte.

15) *Schoepflini* Doc. N. 2. §. 22. p. 13. item Hanns Dünne der Goltſmyt hat geſeit, das er

Praemissa hac serie facti ad id, quod statuendum est, me converto ut iureconsultorum more demonstrem, *Guttenbergium* indubitate artis typographicae inventorem eoque prorsus modo fuisse, quo hodiedum adhuc typographi nostri hanc artem exercent.

Quatuor praecipuae notiones ad probationem instituendam plerumque requiri videntur, quamprimum de probatione directa et artificiali quaestio exoritur. 1mo ut constet de *personis*, 2do de *re*, 3tio de *modo*, et 4to demum de *tempore;* utrum nunc ea omnia ex facto praemisso eruta sint, ex sequentibus patebit consectariis.

Si consideremus *personam* a) nemo unquam negavit, *Guttenbergium*, *Argentorati* per tria lustra nempe ab anno 1430. usque 1445. commorantem inter alia praecipue studio et exercitio artis typographicae se dicasse.

b. Praeterea nec ex effatis testium, nec ex communi omnium, quin imo nec ex adversariorum suorum suffragio constat, alium praeter ipsum *Guttenbergium*, inventorem, institutorem, directoremque rei typographicae ibidem fuisse. 16)

---

vor dryen joren oder doby Gutemberg by den hundert Guldin abe verdienet habe alleine das zu dem truken gehöret.

16) Not. praec. N. 11 et 12.

c) Conveniunt demum teſtes in eo, quod *Guttenbergius* ſibi ad exercendam artem typographicam *Drizhenium*, *Heilmannum* et *Riſium*, ſocios et adjutores *Argentorati* conſciverit. 17)

Quod ad *rem* ipſam nempe ad typographiam *Argentorati* a *Guttenbergio* exercitam attinet a) ex teſtium effato conſtat *Guttenbergium* in aedibus *Drizhenii* ſocii ſui primitias ipſius artis in lucem protuliſſe. 18)

b) Ex lite a *Drizhenii* haeredibus contra *Guttenbergium* mota apparet, illum non parum pecuniae partim propriae, partim alienae et a ſuis ſociis mutuatae impendiſſe. 19)

Ex *modo* porro et ſollicitudine, quam *Guttenbergius* eiusque ſocii pro tuendo artis ſecreto adhibuerunt, manifeſte oſtenditur, neminem praeter ipſum huius artis habuiſſe cognitionem. 20) quoad partem principalem quaeſtionis de arte inventa et exercita innoteſcit :

---

17) Not. praec. N. 11.

18) Not. praec. N. 11.

19) Not. praec. N. 12.

20) Not. praec. N. 11.

a) *Guttenbergium* inter inſtrumenta artis habuiſſe prelum cochleolis ad conſtringendas columnas inſtructum. 21)

b) Hocce prelum fuiſſe formae quadruplicis, ita ut quatuor continuerit columnas. 22)

c) Columnas has quatuor conſtitiſſe ex litteris ſolutilibus, iisque non ſolum ex ligno, ſed etiam ex metallo ſculptis, quae ſubito, ut effata teſtium probant, diſſolvendae erant, ne detegeretur artis arcanum. 23)

Reſtat adhuc, ut etiam *Tempus* inventae artis ex documentis in facto allatis eruatur, quod abſque dubio in annum 1436 incidit, cum *Dunius* aurifaber 1439. apud judices faſſus eſſet, ſe *Guttenbergio* ante *triennium* adeoque anno 1436. res ad libros imprimendos omnino ſpectantes ſubminiſtraſſe.

Multa adhuc ſunt, quae ex allatis fluunt, quibus tamen, quia ad ſumma probationis capita non pertinent, licet ei ſuum quoque pondus addant, ſuperſedendum puto; contentus, omnia ea, quae requiruntur, principalia

21) Not. praec. N. 13.

22) Not. praec. N. 13.

23) Not praec. N. 11.

quoad *perſonam*, *rem ipſam*, *modum* et *tempus* documentis adeo firmis eſſe munita, ut nullum prorſus dubium moveri poſſit, *Guttenbergium* iam inde ab anno 1436. artis typographicae ſpecimina litteris ſolutilibus atque eo propemodum modo exhibuiſſe, quo noſtris adhuc temporibus libros typis exprimi in vulgus notum eſt.

Exortae porro tres inter civitates *Argentoratum*, *Moguntiam* et *Harlemium* contentiones, quarum quaelibet originem artis typographicae ſibimet vindicare conata erat, me impellunt quasdam adhuc elucubrationes hiſtoricas addere, ex quibus facillime dignoſcetur, nec *Moguntiae*, nec *Harlemii* artis typographicae exordia eſſe quaerenda, quamvis duabus hiſce civitatibus ſingularia in rem typographicam merita neutiquam denegemus.

Quod *Harlemium* attinet, minus fortaſſe culpandus eſſet *Meermanus*, ſi cum multis aliis ſoli *Hollandiae* praeluſiones typographiae tribuendas eſſe contenderet; ſed ut ex ſequentibus apparet, eo usque progreſſus eſt, ut ipſum artis auctorem *Laurentium* ſtatueret, eaque ex *Hadriani Junii* relatione in medium adſerret argumenta, quibus abſtinere multo fuiſſet conſultius. Nam annis 128. poſt epocham coſterianae inventionis (quam ad annum 1447 refert) *Junii* ſententiae inſiſtit, qui ea, quae teſtamenti inſtar *Bataviae* 24) ſuae inſeruit, a teſtibus, ut aiunt, auritis, *Nicolao Galio*, *Junii* praeceptore, et

24) Liber Hollandiae ordinibus 1575. dicatus.

Quirino Talesio Harlemensi custode accepisse ait; hi vero totam rem ex teste oculato, *Cornelio* scilicet librorum *Costeri* compactore olim subministro intellexisse affirmarunt. „ Faustum nempe, vel alium ex operariis *Costeri*, ipsa Christi natalium nocte sacris solennibus, cum herus interesset, omnia typographiae instrumenta ex aedibus eius *Harlemo Amstelodamum*, inde *Coloniam*, et denique *Moguntiam* furto transtulisse fuse enarrat, ubi novum professus arcanum, quod in extrema necessitate detegere non potuit, indeque de patrocinio securus, tranquille lares figere potuit; quo facto ex litteris furto ablatis inter vertentis anni spatium scilicet 1442. duo libelli emissi fuere. „

Age vero, si huius narrationis circumstantias ad trutinam juris examinemus, nullam plane veri similitudinem illi inesse facile apparebit: 1° quidem, quod *personam* furis attinet, ipsius cognomen 25) ignoratur; si indagemus *rem*, plane ignotum est, utrum tabellae, aut litterae, aut qualiscunque alia typographica suppellex furto ablata fuerit. 3tio quod *modum* spectat, incredibile prope videtur esse, furem paucarum horarum spatio tantam rerum copiam abstulisse, quae integris dein libris ab ipso impressis sufficeret. 4to respectu *temporis* narratio *Junii* et *Scriverii* insistit nudis assertis, non enim constat, an quisquam aut furem persecutus, aut querimonia de hac re unquam mota fuerit; quin imo nec annus furti commissi determinatur, sed

25) *Junius* l. c. furem praenomen *Joannis* habuisse refert. *v. Meermanus* l. c. T. 1. p. 84.

ut facto tamen aliqua fides conciliaretur, id non anno 1441, fed potius 1440. contigiffe affirmatur, cum tamen conftet, *Guttenbergium* iam anno 1436. typographiam *Argentorati* in aedibus *Drizhenii* occulte exercuiffe. Ex quibus luculenter patet teftimonium *Cornelii* de xylographia loquentis a *Galio* et *Talefio* ad typographiam guttenbergicam translatum fuiffe, rem ita *Junio* exponentibus, ut *eandem perfcribens* tabellarem typographiam cum verfatili poftea confuderit.

Confideremus porro, quod ipfe *Meermanus* omnibus ad vindicandam Harlemenfibus artis typographicae originem fedulo collatis, demum *Junio* nimis facile fidem habuerit, qui ex officina harlemenfi furto ablata iam anno 1442. duos libros, quos inter *Alexandri Doctrinale* refertur, per *Fauftum* impreffos fuiffe ennarravit, cum tamen conftet, *Moguntiam* ante annum 1450. nihil typographicae artis fibi unquam vindicaffe. Non miremur porro, ipfum *Meermanum* ad finem praeftantiffimi fui operis 26) a praeconcepta fua opinione origines typographicas Harlemenfibus praecaeteris vindicandi fere penitus receffiffe, dum afferit *tabellarem* folummodo *impreffionem Harlemio*, *inventionem litterarum* 27) *Argentinae*, perfectionem vero artis, praefertim *litteris fufis* imprimendi, *Moguntiae deberi.*

Supervacaneum adeoque eft, argumenta hic latius exponere, quibus nonnulli *Moguntiae* inventionem artis typographicae vindicare moliti erant,

26) L. c. T. 2. p. 40. in obfervatione noviffima de inventis Moguntinenfium in arte chalcographica.

27) Ipfe etiam *Scriverius* in peculiari fuo volumine profitetur, artem typographicam pri-

cum et ipsi adversarii guttenbergici nec unico documento verae artis typographicae originem refellere potuerint; quinimo si ex adminiculis non nulla petere liceat argumenta, non absque fundamento statuendum est, *Guttenbergium Argentinae* iam ideam litteris fusis imprimendi habuisse, cum inter suppellectilem impressoriam etiam plumbo 28) usus fuerit; at ruptis ter, quaterque societatibus, quas *Argentorati* et *Moguntiae* cum diversis personis inivit, facile coniiciendum est, ipsum aut cum *Fustio* aut cum *Schaeffero* et cumprimis huic utpote viro perspicacioris longe ingenii ideam litterarum fusarum communicasse, quo facto demum ars typographica a *Guttenbergio* inventa per *Schaefferum* ad majorem perfectionem fuit perducta. 29.)

---

mum hoc pacto (uti *Argentinae* et *Moguntiae*) tractatam, sed librum imprimendum per partes sive folia tabulis ligneis incisum fuisse, id quod etiam documenta a *Meermano* T. 2. originum suarum typographicarum exhibita demonstrant — *Heinecken* in den Nachrichten von Künstlern vnd Kunstsachen *Leipzig* 1768. 8. qui *Meermanum* ex integro refutavit, dissertissime exponit, Batavos intuitu artis inventae nec minimam speciem veritatis pro se habere, multo minus, quod *Laurentius Costerus* anno 1428. iam ipsam impressionem tabellarem exercuerit, cum Senatus harlemensis primum anno 1660 adeoque ducentis triginta duobus annis abhinc cistam tabellarum impressarum ex libris a litterato quodam post mortem relictis in publica auctione expositam emerit, quae successu temporis tanquam opera typographica *Laurentii Costeri*, proficiscentibus quibuscunque exhibitae fuerunt. Ex ipsis denique factis Harlemensium constat, eos in opinione circa annum inventae artis fluctuasse; eoquod monumentis publice expositis (iuxta *Meermanum* Tom. 1. p. 69) initium seculi typographici *Laurentio - Costeriani* primo ad annum 1428. postea ad annum 1430. et demum iubileum artis typographicae *Harlemii* inventae ad annum 1440 retulerunt.

28) v. Not. praec. N. 14.

29) *Guttenbergium* inventorem artis typographicae fuisse, duo monumenta *Moguntiae* erectas

Ex his patet, *Schoepflinum* 30) discordantes litteratorum opiniones, qui Harlemensibus, Moguntinis, et Argentinensibus origines typographicas vindicare contendebant, ad apicem justitiae et aequitatis conciliasse, cum in examinandis typographiae originibus, ne verbis frustra certetur, tres diversas inter se distinxerit artes, veluti per gradus exortas.

---

confirmant, quin in iisdem mentio facta fuerit, an *Argentinae* vel *Moguntiae* artem hanc illustrem invenerit; id quod probationem adminiculantem subministrat, ipsos Moguntinos gloriam artis inventae non sibi exclusive vindicare voluisse. v. *deutsche Encyclopädie* voc. *Buchdruckerey* T. 4. p. 521.

Nigro non contenti colore Moguntini tres alios nempe rubrum, purpureum et caeruleum ad impressionem adhibuerunt, quibus omnibus in Psalterio a. 1457. et 1459. typis expresso usi sunt. v. de *Boze*. Tom. XIV. des *Mémoires del' Acad. des Inscriptions* p. 254. seqs. atque haec inventa certissime vel *Joh. Guttenbergio* tribuenda sunt, qui exinde atramenti impressorii repertor dictus fuit. *Polyd. Vergilio* lib. 2. de rerum inventor. c. 7. quod ad *Jo. Faustum* suo more applicuit huius agnatus *Jo. Frid. Faustus* Achaffenburgensis im Discours vom Ursprung der Druckerey apud *Köhler* Ehrenrettung *Guttenbergs*. p. 90. —

Quod chartas attinet, qua usi fuerint *Guttenberg*, *Faustus* et *Schaefferus*, haec ad probationem inventionis artis typographicae nihil conducit, experientia enim edoctus (scribit *Meermanus* Tom. 2. p. 102. n. a. b.) veterum librorum pluribus inter se collatis exemplis diversa non numquam in eodem libro occurrere insignia; sive quod a diversis chartariis papyrum emerit typographus, sive quod pluribus signis idem quandoque usus fuerit chartarius. Manca igitur sunt omnia, quae ex signis chartaceis petuntur argumenta, ut bene quoque de *Boze* Tom. XIV. des *Mémoires* de l'*Académie des Inscript.* p. 266. *Dav. Clement* biblioth. curieuse Tom. IV. p. 72. et *Fournerius* diss. II. p. 81. ostenderunt.

30) Ex disquisitione, quam Jac. *Oberlin* sub titulo Essai d'Annales de la vie de Jean *Guttenberg*, inventeur de la typographie 1801. edidit, clarissime demonstratum fuit, *Guttenbergio* inventionem artis absque dubio deberi.

" Primam (iuxta ipſum) ſpeciem xylographia conſtituit, quae tabellas paginis librorum ſimiles litteris fixis exſculpſit, ita ut ex foliis conjunctis libri forma prodiret; ad claſſem hanc referendi ſunt illi, quorum inventorem Batavi *Coſterum* Harlemenſem conſtituunt. "

" Secunda claſſis litteras fixas commutavit in mobiles, unde verſatilis illa typographia nata eſt, cui proprie nomen *Typographiae* debetur. "

" Tertia denique litteras ſculptas convertit in fuſas, quas *Petrus Schoefferus Moguntiae* reperit.

Prima praeluſit ſecundae, quae veram typographiam conſtituit, tertia ſecundam expolivit.

Primae claſſis artem, quae *typica* vel *tabellaris* typographia eſt, ſaltem ad mentem Batavorum *coſterianam* vocabimus.

Secundae claſſis artem, quae vera typographia eſt, *Guttenbergicam* dicemus,

Tertia itidem vere et proprie *Guttenbergico-Schoefferiana* appellanda eſt.

His expoſitis dijudicatu facile eſt ſaeculum primum artis typographicae anno 1436. ordini, cum certo conſtet, eam hoc anno a *Guttenbergio Argentinae* eodem prorſus modo quoad eſſentiam fuiſſe exercitam, quo etiam no-

ftris temporibus, adquifitis fucceffive incrementis, adhuc tractatur; hocque ipfiffimum erat, quod in hoc eruditionis tam aridae genere, quae juxta ipfius *Meermani* verba cuivis bene nato educatoque faftidio effe debet, faltem verifimiliter evincere defiderabam.

Abfoluta hac quoad initium faeculi primi typographici indagatione, quod ad annum 1436. non absque folido fundamento referendum effe videtur, non nulla circa certas periodos faeculi primi typographici addam, in quas ipfaemet origines mea quidem opinione redigi poffe videntur.

Ad *primam* nempe *Periodum*, revera *Guttenbergicam* omnia illa opera pertinent, quae ab anno 1436. ufque ad annum 1470. impreffa fuere. Haec tanto magis raritate fua fe commendant, 31) quo certius conftat, numerum

31) Ex *Fifcheri* Befchreibung einiger typographifcher Seltenheiten Nürnberg 1800. erft. Lief. patet, *Guttenbergium Argentorati* elementariis litterarum et non nullis fragmentis ex *Donato* prima typographiae fpecimina dediffe. Dein in Annalibus typographicis *Panzeri* Tomo V. ab anno 1457. ufq. ad an. 1470. fequentes Typographi cumque locis typographiarum indicantur, quorum libri memoratis annis impreffi ad primam hanc faeculi typographici periodum pertinent. *Auguftae Vindelicorum. Gunther*, *Zainer* de *Reutlingen* et *Schüsser* 1468. 1469. 1470. — *Beronae. Heylas Elye* alias de *Louffen.* 1470. — *Coloniae* Udal. *Zell*, 1466. Joan. *Veldener*, Petr. de *Olpe* et Joan. *Koehlhoff* 1470. *Fulginei* Emil. de *Orfinis* et Joan. *Numeifter* 1470. — *Mediolani* Phil. de *Lavagnia* 1469. Ant. *Zarotus* 1470. — *Moguntiae* Joan *Guttenberg* et Joan *Fust*. Sine anno— Joan *Fust* et Petr. *Schaeffer* de *Gernsheim* 1457. 1459. 1460. 1462. 1465. 1466. Typographus incertus 1460. Petr. *Schoeffer* de Gernszheym. 1467. 1468. 1469. 1470. *Heinr. Bechtermünze* 1467. 1469. — *Norimbergae* Ioan *Senfenfchmid* de Egra 1470. — *Palentiae* fine Typographo — *Parifiis* Ulric. *Gering*, Mart. *Cranz* et Mich. *Friburger* alemanni 1470. — *Oxonii* fine typographo 1468—

officinarum typographicarum uſque ad finem huius periodi admodum exiguum fuiſſe. 32)

Periodus ſecunda ab anno 1471. usque ad annum 1494. quam *Mentelianam* non immerito appellemus, in primo eiusdem luſtro inter typographos exhibet *Mentelium*, e cujus praecipue ſchola dein typographiarum numerus ſummopere adauctus fuit, cum et ejus diſcipuli fere in omnibus praecipuis Europae civitatibus artem hanc ſint profeſſi. Sufficiat adeoque tantum illos hic referre, qui in primo huius periodi luſtro in diverſis locis celebres, impreſſione praeſertim voluminoſorum operum orbem litterarium illuſtrarunt. 33)

Romae. Conr. *Sweynheim*, Arnol. *Pannarz* 1465. Ulric *Gallus*, ſeu *Han* de Vienna. 1467. 1468. 1469. 1470. Ioan Phil. de *Lignamine* 1470. — *Monaſterium S. Euſebii* et Georg *Lauer* 1470. — *Savilliani* Chriſt. *Beyamus*. 1470. — *Venetiis*. Ioan de *Spira* 1469. 1470. Vendelin de *Spira* 1470. Nicol. *Jenſon* 1470. Chriſtoph. *Valdarfer*. 1470.

32) *Anonymus Britannus* in transactions philoſophical N. 286. u. 288 concerning the invention and Progreſs of Printing to the year 1465. p. 1416. et 1507. *Wolfius* in Monumentis typographicis T. 2. p. 993. aliique quam maxime dolent, complures typographos nomina ſua poſteritati invidiſſe.

33) *Antwerpiae* Matthys van der *Goes* 1472. — *Argentinae* Ioh. *Mentellin*. 1473. Heinr. *Eggſtein*. 1471. Georg *Huſner*. 1473. Ioh. *Beckenhub*. 1473. C. W. civis Argentinenſis. 1475. Mart. Simus. i. e. *Flach*. 1475. — *Auguſtae Vindelicorum*. Chriſtm *Heyny* 1472. Monaſterium S. S. Ulrici et *Afra*. 1474. Ant. *Sorg*. 1475. Ioan. *Wiener*. 1475. — *Baſileae*. Bern. *Richel*. 1475. Mich. *Wensler*. 1474. *Bononiae*. Balth. *Azzoguidus* 1471. Scipio *Malpiglius* 1472. Andr. *Portilia*. 1473.

In *tertia* demum *Periodo* quae annos a 1494 uſque 1536. continet, quamque *Aldinam* ideo vocare audeo, quod *Aldus Manutius* non quidem rarita-

---

Ugo de *Rugeriis* 1473. Doninus *Bertochus* 1474. — *Brixiae*. Petr. *Villa*. Thom. *Ferrandus*. 1473. Hen. de *Coloniu*. 1473. Statius *Gallicus*. 1474. — *Brugis*. Conr. *Manſion*. 1473. — *Budae*. Andreas *Heſs*. 1473. Callii *Robert* de *Fano* et Bernard de *Bergamo*. 1475. — *Caſſelae* Ioh. *Faher*. 1475. — *Coloniae* Arnold *Therhoern*. 1471. Nicol. *Götz* 1474. Goiswin *Gops*. 1475. *Cami*. Ambroſ. de *Orcho* et Dionyſ. de *Paraveſino*. 1474. — *Cremonae*. Steph. de *Merlinis* 1472. — *Daventriae*. Richard *Paſsroed* de *Colonia*. 1475. — *Eſsti*. Frid. *Veronenſis*. 1472. — *Eſslingae*. Conradus *Finer* de Gerhuſen 1473. — *Ferrariae*. And. *Bellfortis* 1471. Aug. *Carnerius* 1474. Bernard *Carnerius*. Petrus de *Arancejo*. Ioh. de *Tornaco*, *Severinus Ferrarienſis* et Ioh. *Picardus*. 1475. — *Florentiae* Bernard. Dom. et Petr. *Cenninus* 1471. Joan. Petrus de *Moguntiu*. 1472. — *Genuae* Math. *Moravus* et Mich. de *Monacho* 1474. *Huizani* Alex Jac. et Bapt. de *Fivizano*. 1472. — *Langingae* 1473. ſine Typographo. — *Lovanii* Joan de *Weſphalia* et Joan *Veldener*. 1473. *Lübecae*. Luc. Brandis de *Schaſs*. 1475. — *Mantuae*. Pet. de *Michaelibus*. Georg et Paulus *Teutonici*. Thomas Septemcaſtrenſis, et Joan *Vurſter* de Campidona. 1472. Joan *Schaler* et Paul Joan de *Putzbach*. Alemanni. 1475. — *Mediolani*. Chriſtoph *Valdarſer*. Petr. Anton de *Burgo* Caſtelliono et Joan *Bonus* 1475. — *Meſſanae*. Henr. *Alding*. 1473. — *Moguntiae*. Domus fratrum Clericorum Vallis *S. Mariae*. 1474. — *Monteregali* Ant. Math. et Balthaſar *Corderius*. 1472. — *Neapoli*. Sixtus *Biſsinger* Argentinenſis 1471. Arnoldus de *Bruxelia*. 1472. Franc. de *Tupo* Parthenopaeus. Berthold *Rying* et Blaſius *Romerus*. 1475. — *Norimbergae*. Ant. *Koburger* vel *Koberger*. 1472. Henr. *Keſer*. 1473. Frid. *Creuſner*. 1473. Ant. *Friſner* et Joan de *Monteregio*. *Parmae*. Ant. *Portilia* et Cornelius *Corallus*. 1473. — *Patavii*. Barth. de *Valdezochio*, Mart. de *Septem arboribus*, Laur. *Canozius*. Jo. Phil. *Aurelianus* et fratres. 1472. Leonhard de *Baſilea*. 1473. Petr. *Manſer*. 1474. Thom. ex *Capitaneis* de *Aſula*. Jac. de *Bordigacis*, Albert de *Stendalia* et Joan *Herbert*. 1475. — *Placentiae* Joan Petr. de *Ferratis*. 1475. — *Regii*. Abraham ben. *Garton* fil. Iſaaci. 1475. — *Romae*. Adam *Rot*. 1471. Leonard *Pflugel* et Sim. Nic. de *Luca*. 1473. Windelin de *Willa*. Theobald *Schneckbecker*. Joan Regnardi de *Enningen*. Joan *Gensberg* et in domo Ant. et Raph. de *Volteris* apud St. Euſtachium. 1473. Georg *Sachſel*. Barth. *Golſch* de Hohenbart. Paul *Leenen*. Joan Nic. *Hanheymer* de Oppenheim. Ioan *Schurener* de Bopardia. Arnold de *Villa*. 1474. apud S. Marcum 1775. — Savilliani Chriſt. Begamus. 1471. — *Savonnae* conventus S. Auguſtini. frater bonus Ioan. 1474. — *Spirae* Typographus ignotus. 1472. — *Tarviſii* Ger. de *Liſs* de Flandria. 1471. — *Taurini* Ioan *Faber* Lingonenſis et Iohani-

te, ſed potius ſplendore epocham plane propriam in arte imprimendi inchoans, cum ſuis haeredibus Aldinam typographiam per integrum ſaeculum uſque ad A. 1594. continuaverit; 34) ſupervacaneum prorſus eſſet tertiae hujus periodi typographias Aldina et ſplendore et ſolertia multo inferiores recenſere, praeſertim dum ars typographica poſt A. 1500. uſque 1536 reformatione praeter *Germaniam* etiam in *Anglia* hoc anno ſtabilita, iam ad alteriorem pervenerit gradum perfectionis, omnesque editiones poſt annum milleſimum quingenteſimum non ad incunabula typographica, ſed melius ad complementum ſaeculi primi typographici referri poſſint, 35) id quod

---

nus de *Petro*. 1774. — *Venetiis*. Ioan de *Colonia*. Clemens *Patavinus*. Adam de *Ambergus*. Franc. *Renner* de Hailbron. 1471. Bartholus Cremonenſis. Leonard. *Achates* Gab. Petr. de *Tarviſo*. Philippus *Venetus*. Chriſt. *Arnoldus*. Iac. *Rubens*. Leonardus *Auri*. Iac. Lunenſis. 1472. Math. de *Gherrezrem* et Nic. de *Francfordia*. Albertus de *Stendal*. Aloys. de *Sale*. 1473. Adam de *Rotwil*. 1474. Laur. Presb. de *Aquila*, Sibyllinus *Umber*. 1475. — *Vicentiae* Ioan de *Remo* 1473. — Leonhard *Achates*. Herman. *Levilapis*. Fratres S. *Zanoni* de Placentia. 1475. — *Ulmae*. Ioan *Zeiner* de Reutlingen. 1473. — *Ultrajecti* Nic. *Ketelaer*. 1473. — *Weſtmonaſterii* Wiliam *Caxton*. 1474.

34) *Serie* dell' edizioni Aldine per ordine chronologico et alfabetico ſeconda edizione. *Padova*. 1790. 8.

35) Typographos duarum periodorum anteriorum ideo recenſui, ut unusquisque editiones praeſtantiores primo quaſi obtutu percurrere, et in electione incunabulorum typographicorum cautius progredi poſſit, cum pleraque eorum, quae poſt annum 1475. in lucem prodierunt, levioris omnino, quod ad raritatem attinet, momenti ſunt.

etiam de editionibus Vindobonenſibus iterato monendum duxi, eoquod iſtae, ſi annum 1500 non excedunt, incunabulis typographicis, poſt hunc annum vero ſolum acceſſionibus typographicis pro illuſtranda hiſtoria Auſtriae litteraria ſint adſcribendae.



Ex cimelio Acad. Theres.

LECTORI.

Praemissae huic dissertationi non nulla, quae ad volumen secundum et tertium huius Catalogi bibliographici singillatim pertinet, addam: supplementa enim duo ad volumen anno praeterito editum spectantia ideo adjeci, ne verae origines typographicae cum accessionibus confundantur, quinimo volumine quasi speciali libros germanicos primi saeculi typographici comprehendi, ne horum commixtione cum latinis indagatori quidquam incommodi inferatur *). Hisce tribus ergo voluminibus catalogus bibliographicus editionum in nostra

*) Experientia etiam edoctus quantum sublevaminis litteratis sit, scire numeros lineasque foliorum cuiuscunque editionis, utrumque ut in volumine primo observatum fuit, sedulo adjeci, ne id scire cupientes diversitate editionum confundantur; quod etiam epistolas dedicatorias attinet, ad dilucidandam historiam litterariam multum conducit, non ignorare quosdam cuiuslibet auctoris coaevos; innotescit enim, quam ampla sit inter litteratos eiusdem aetatis coniunctio.

biliotheca exſtantium, quae ſaeculum primum typographicum conſtituunt, una cum continuatione editionum a *Deniſio* non recenſitarum penitus abſolvitur.

Utrum hac elucubratione litteraria, qua ſaltem cum ea, qua fieri poteſt, veroſimilitudine ſaeculi primi initium definire conabar, ea praeſtiterim, quae praeſtare deſiderabam, iis dijudicandum relinquo, qui praeter tempus non adjumentis ſolummodo, ſed et majori ingenio, doctrinaque inſtructi rem adeo confuſam felicius extricare ſcient; ipſorum confiſus aequitati ſufficiat adferre, catalogum generalem ſpecialemque noſtrae bibliothecae, quae numerum triginta quinque millium ſelectiſſimorum librorum iam excedit, intra quatuor annorum ſpatium ad finem perductum mihi omne quaſi tempus ad indagationes haſce litterarias abripuiſſe. Catalogum enim hunc pro quacunque ſcientia ſeparatim inſtructum non more ſolito repertorii confeci, ſed contentas in omnibus corporibus et collectionibus commentationes et diſſertationes ſingulares in ſchedulas ſeparatas, quorum numerus plusquam ducenta ſexaginta millia comprehendit, extrahendas, easque eidem catalogo ſecundum ſyſtema in primis voluminibus indicato inſerendas curavi, quo facto triplex bibliothecae utilitas enaſcitur: 1mo ſupervacaneum

prorſus eſt, opera in hiſce corporibus et collectionibus contenta ſeparatimque impreſſa magno diſpendio comparare. 2do Locus phyſicus ad maiorem voluminum ſelectiorum numerum collocandum ſufficit; 3tio denique omnia in hiſce collectionibus diſperſa miſcellanea ſuo loco commode reperiuntur, ne quidquam incognitum remaneat.

Huic porro catalogo ſyſtematice ordinato etiam contentos quoscunque in actis et commentariis fere omnium Europae academiarum tractatus et diſſertationes inſerui, perſuaſus catalogum hoc modo inſtructum non litteratis ſolum, ſed et ipſis bibliothecis non parum allaturum eſſe utilitatis; ſingulis adeoque annis tria ad minimum volumina ipſius edenda propoſui, cum inter tot catalogos bibliothecarum impreſſos nec unum hucusque invenerim, qui ob defectum huius requiſiti quaſi eſſentialis votis meis reſpondiſſet.

Quod volumina poſteriora huius catalogi bibliographici adhuc ſpeciatim attinet, numerus exemplarium ad normam voluminis prioris centeſimum non excedit. Sumtibus enim propriis hoc opus perficiendum ſuſcepi, ut ſcopus bibliothecam hanc quam citiſſime in ordinem redigendi attingatur; de meo adeoque minime ſollicitus emolumento etiam fructus exinde reſultantes incremento bibliothecae

iterato dicavi: libenter uni horum voluminum poſteriorum deſcriptionem numiſmatum et emblematum rariorum cimelii noſtri addidiſſem, niſi ipſamet haec collectio utpote praeter expectationem meam longe major et copioſior integrum volumen impleret, cuius editionem ſeparatim fieri curabo. Scripſi in Bibliotheca Caeſ. Reg. Acad. Thereſ. idibus Julii MDCCCII.

Joſ. de Sartori,

S. C. Maj. Conſiliarius et Biblioth. Thereſianae Praefectus.

CATALOGUS BIBLIOGRAPHICUS

LIBRORUM LATINORUM

SAECULI PRIMI TYPOGRAPHICI

USQUE

AD ANNUM MDXXXVI.

CONTINUATORUM.

CATALOGUS BIBLIOGRAPHICUS.

LIBRORUM LATINORUM SAECULI I. TYPOGRAPHICI.

M. D. I.

1. — *Textus veteris artis* S. Isagogarum *Porphirii* predicamentorum *Aristotelis* simul cum duobus libris *Perihermenias.* eiusdem. — item Exercitata circa hoc, secundum doctrinam modernorum collecta et bene emendata per venerabilem virum Magistrum *Johannem Parveudt* sacrae Theol. Baccalaureum formatum in universitate ingolstatensi. — Haec in fronte — fol. eodem Epistola ad adolescentes — ad finem fol. 130. lin. 13. Exercitata veteris artis que sunt Isagoge *Porphirii* predicamenta *Aristotelis* cum duobus libris etc. — impressum per industrium virum *Henricum Gran* in imperiali opido *Hagenawe* et impensis ac sumptibus providi circumspectique viri *Johannis Rynman* finiunt feliciter Anno salutis M. D. I. ultimo die Augusti. Char. goth. foll. 130. non sign. lin. 39. 4.

Exercitata haec *Maittairio*, *Denisio* et *Panzero* incognita fuisse videntur; nusquam enim recensita fuerunt.

2. — *Quae in hoc libro continentur. Sedulii* mirabilium divinorum libri quatuor carmine heroico. — *Eiusdem* Elegia, in qua finis pentametri est similis principio hexametri. — *Eiusdem* hymnus de *Christo* ab incarnatione, usque ad ascensionem. — *Juvenci* de Evangelica historia libri quatuor. — *Aratoris* cardinalis historiae Apostolicae libri duo. — *Probae Falconiae* cento ex *Vergilio* de novo et veteri testamento. — *Homero centra*, hoc est centones ex Homero graece cum interpretatione latina. — *Opusculum* ad Annunciationem beatiss. Virginis graece cum latino in medio quaterniorum omnium. — *Lactantii Firmiani* de Resurrectione Elegia. — *Eiusdem* de passione Domini carmine heroico. — *Cyprianus* de ligno crucis versu heroico. — *Cypherni* deprecatoria ad Virginem Elegia. — *Oratio* ad eandem versu heroico. — Sancti

Damaſi de laudibus *Pauli* Apoſtoli verſus hexametri. — *Elegia* in *Hieruſalem.* — *Ode* in natali die Salvatoris. — In die palmarum. — De paſſione Domini Ad *Chriſtum*, ut perdat Turcas. — Epigrammata ad beatiſſ. Virginem.— Vita S. *Martini* epiſcopi a ſevero ſulpitio proſa oratione. — De miraculis S. *Martini* Dialogus, ab eodem. — De tralatione S. *Martini* ab eodem. — Vita S. *Nicolai* e graeco in latinum a *Leonardo Juſtiniano* patritio veneto. — Haec in fronte fol. 1. a. Fol. eod. b. — *Aldus Manutius R. Danieli Clario* Parmenſi in urbe *Rhacuſa* literas publice profitenti S. P. D. Data eſt haec nuncupatoria Ven. Menſe Junio. M. D. II. At poſt Epigramma Ad Beatiſſimam virginem. R. Z. et regiſtro ſignaturae legitur *Venetiis* apud *Aldum* M D I. menſe Januario; dein ſequuntur adhuc: Epiſtola *ſeveri Sulpitii* ad *Deſiderium* de libello vitae Sancti *Martini* — de Miraculis. S. *Martini* Dialogus. — De tralatione S. *Martini* ab eodem. — Vita S. *Nicolai* e Greco in Latinum a *Leonardo Juſtiniano* — et dein fol. ult. 218. lin. 13. poſt Secula ſeculorum finis. Char. Lat. foll. 218. non ſign. Lin. 37. f.

Panzeri Annal. Typogr. T. 8. p. 342. N. 38. *Maitt.* II. p. 148. volumen hoc ſecundum collectionis poetarum chriſtianorum paſſim ab omnibus ad rariſſimos refertur libros; in ſerie dell' edizioni Aldine p. 16. hoc volumen inter libros anni 1502. apparet: id quod forſan veritati conſentaneum eſt; nam poſt annum impreſſionis in medio Voluminis indicatum ſequentes tractatus anno 1502. veriſimiliter primum ſubſecuti ſunt.

3. — *Horologium aeternae ſapientiae.* — Haec in fronte cum imagine B. Virginis ligno inciſa — fol. eod. B. eadem imago — fol. 2. incipit prologus.— ad finem fol. 128. lin. 22. explicit horologium aeternae ſapientiae. *Coloniae* per me *Johannem Badenſem* infra ſedecim domos commorantem impreſſum atque diligenter correctum. Anno Domini MCCCCCI. menſis Decembris ipſo vero die *Luciae.* Char. Goth. minuſc. cum figuris. foll. 128. non ſign. Lin. 31. 8

Maittairius T. 1. p. 553. et 502. duas de hoc tractatu exhibet editiones ab Ann. 1492. et 1493. hanc autem de anno 1501. *Coloniae* factam nuſquam invenio. fol. ult. lin. 28. eademque imago ad finem, quae in fronte videtur.

4. — *In Elegantiarum Auguſtini Dathi codice contenta:* — *Jodoci Badii Aſcenſii* de Epiſtolis compendiolum. — *Jodocii ſulpitii Verulami* de epiſtolarum compoſitione elegans opuſculum ab eodem *Aſcenſio* ſuis locis elucidatum. — Index in commentariis Clichtoueanis adnotandorum. — *Auguſtini*

Dathi elegantiae cum duplici commentario. — Regulae conftructionis, ordinis, venuftatis et diverfitatis ab *Afcenfio* collectae et infertae. — Regulae elegantiarum *Francifci* nigri cum explanatione. — Magiftratuum romanorum diligens declaratio. — Item *Jodoci Badij Afcenfii* directe fcribendi ratione compendiofa traditio: Nec non de orthographia regulae generales. — *Apex Afcenfianus* de graecis dictionibus ex *Tortellio* depromptus. — Eiusdem de Orthographia cum arte diphthongandi Guarini Veronenfis regulae commodiffimae. — De eadem exactum *Georgii Vallae* compendium. — Item divifiones praeceptorum et *Auguftini Dathi* et *Francifci Nigri*, atque nominum romanorum noviffime fupperadditae *p. Jo. Mediovillanum.* — Haec in fronte cum epigramate *Afcenfii* — fol. 2. Epiftola *Badii Afcenfii* ad ftudiofos cum fubfcriptione ex officina noftra litteraria in *Parifiorum Lutetiae* ad Octavum Calendas Martias Anno juxta Romanorum calculos Millefimo quingentefimo primo. — ad finem fol. 154. lin. 45 legitur fequens diftichon:

Proinde puer tanto memorem te oftende labori
Atque operam velis remigiisque dabo.

Char. Gotth. foll. fign. 154. gloffae marginales, lin. 29. f.

verifimiliter hic tractatus eodem anno editus fuit, quo *Badius Afcenfius* epiftolam dedicatoriam charactere prorfus alio huic operi praepofuit.

5. — *Quodlibetica decifio* perpulchra et devota de feptem doloribus Chriftifere virginis *Mariae* ac communi et faluberrima confraternitate de fuper inftituta ad eius honorem et gloriam. — Haec in fronte cum imagine matris dolorofae fol. 2. tabula alphabetica principalium materiarum — fol. ult. 54. lin. 31. impreffum *Schratental* in *Auftria* A. Dni. M. quingentefimo primo vicefimo die menfis Marci. — Char. Goth. Lat. f. 54. non fign. Lin. 37. 4.

Panzeri Annal. Typogr. T. 8. p. 289. N. 1. Denis Nachtrag zur Buchdruckergefchichte Wiens. p. 20. in praefatione.

6. — *Problemata Alexandri Aphrodifei Georgio Valla* interprete. — Problemata *Ariftotelis Theodoro Gaza* interprete. — Problemata *Plutarchi* per *Joannem Petrum* Lucenfem in Lat. converfa — Haec in fronte fol. 1. — fol. 2. *Epiftola Vallae* ad *Joannem Marlianum* mathematicum, et alia Victoris pifani ad *Ludovicum Mocenigo* — fol. 3. incipiunt Problemata — ad finem fol. 82. expliciunt Problemata *Alexandri Aphrodifei* e greco in latinum traducta per *Gregorium Vallam* et *Ariftolis* problemata *Theodoro* interprete, et *Plu-*

tarchi Problemata ſimul ſeriatimque emendatiſſime. fol. 82, lin. 17. impreſſum *Venetiis* per *Albertinum Vercellenſem*. MDI. die XVI. May Laus Deo. — Char. lat. foll. 82. ſign. lin. 58. f.

Panzeri Annal. Typogr. T. 8. p. 346. N. 63. Editio praeſtantiſſima, tam quoad venuſtatem characteris quam chartae.

7. — *Miſſale* ſecundum morem Sanctae Romanae eccleſiae. — Haec in fronte — eod. fol. b. Sequitur tabula paſche perpetua et facilis ſive calendarium — dein tabula contentorum: dein fol. 1. ſignato (cui precedunt 16. non ſignata) incipit ordo miſſalis — ad finem fol. 238. lin. 30. explicet Miſſale ſecundum morem Romanae Eccleſiae. *Venetiis* per *Bonnetum Locatellum* presbyterum diligenter impreſſum 1501. Char. goth. cum Litt. initialibus gloſſisque rubris. Notae chorales textui appoſitae. Foll. 238. ſign. lin. 35. 8.

Miſſale hoc nullibi recenſitum unum ex primis eſſe videtur, quod Venetiis prodiit.

8.— *Boetius* de Philoſophico conſolatu, ſive de conſolatione Philoſophiae cum figuris ornatiſſimis noviter expolitus. — Haec in fronte — fol. eodem b. Regiſtrum vocabulorum moraliumque — Epigrama *Sebaſtiani Brant* — Proaemium — figura ligno inciſa *Romam* repreſentans — fol. 1. cui praecedunt 9. foll. non ſignata — Metrum primum — ad finem libri quinti Proſae ſextae. Fol. 126. lin. 32. impreſſum *Argentinae* per *Johannem Gruninger*. Anno incarnationis domini Mileſimo quingenteſimo primo Kalendas vero VIII. Septembris. inſigne Typographi — Char. Lat. grand. et minuſc. cum gloſſis marginalibus foll. ſig. 126. lin. 19. in textu. lin. 63. in gloſſis f.

Panzeri Annales Typogr. T. 6. p. 27. N. 5. *Maittairius* T. 2. p. 148. Editionem hanc in 4to. exhibet, male!

9. — *Cornucopiae*: Habes amice ac ſtudioſe Lector inſigne hoc opus commentariorum linguae latinae: quod ob multiplices atque beatas verborum et rerum divinas, quas continet praeclariſſimus ejus auctor Reverendus pater dominus *Nicolaus Perottus* pontifex ſipontinus vir Romanae facundiae et totius latinae ſubtilitatis facile princeps Cornucopiae intitulavit. Nuper impreſſum opera ſolertiſſimi viri *Jacobi Mailetti*. Ex univerſis praecedentibus exemplaribus caſtigatum et nonnunquam ex originalibus, ſi, quidque frequentius accidit, deerat, diligentiſſime perfectum et ab omni menda purgatum, cum textu *Martialis* opportune ſuis in locis adjecto — et ſi plures numeros invenias

